



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 69. Indicto proximæ Sessionis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

## §. LXVIII.

Sæc. XVI.

*Decretum super petitione concessionis  
calicis.*

A.C. 1562.

Insuper, cum eadem Sacrosancta Sy-  
 „ nodus superiori Sessione duos arti-  
 „ culos alias propositos, & tum nondum  
 „ discussos, videlicet, an rationes, quibus  
 „ Sancta Catholica Ecclesia adducta fuit,  
 „ ut communicaret Laicos, atque etiam  
 „ non celebrantes Sacerdotes sub una  
 „ panis specie, ita sint retinendæ, ut  
 „ nulla ratione calicis usus cuiquam sit  
 „ permittendus: & an, si honestis, &  
 „ Christianæ charitati consentaneis ra-  
 „ tionibus concedendus alicui vel na-  
 „ tioni vel regno calicis usus videatur,  
 „ sub aliquibus conditionibus conceden-  
 „ dus sit, & quænam sint illæ? in a-  
 „ liud tempus, oblata sibi occasione,  
 „ examinandos atque definiendos reser-  
 „ vaverit: nunc eorum, pro quibus petitur,  
 „ saluti optime consultum volens, decrevit  
 „ integrum negotium ad Sanctissimum  
 „ Dominum nostrum esse referendum,  
 „ prout præsenti decretō refert: qui pro sua  
 „ singulari prudentia id efficiat, quod uti-  
 „ le Reipublicæ Christianæ, & salutare pe-  
 „ tentibus usum calicis fore judicaverit.

## §. LXIX.

*Indictio proximæ Sessionis.*

Denique huic Sessioni finis imponeba-  
 tur, proxima autem ad duodecimam

*Hist. Eccles. Tom. XLV.* A a No-



**Sanc*t*. XV.** Novembris diem indicebatur, his ver-  
**A.C. 1562.** bis : „Insuper eadem Sacrofandi  
 „Tridentina Synodus diem futura  
 „Sessionis ad feriam quintam poi-  
 „„octavam festivitatis omnium Sancto-  
 „rum, qui erit dies duodecimus Men-  
 „„sis Novembris, indicit, & in ea de-  
 „cernetur de Sacramento Ordinis, &  
 „de Sacramento Matrimonii, &c.

§. LXX.

*Libellus a Rege ad Franciæ Orato-  
 res transmissus.*

**Pallav. l. 18.** Cum igitur Synodi Præsides hanc Se-  
 c. II. n. I.  
 & 2. sionem adeo feliciter, atque ad sua  
 vota absolutam, cunctaque obstacula  
 prospere sublata cernerent, spe frei-  
 erant, fore, ut ceteræ quoque quæstio-  
 nes majori adhuc tranquillitate, ac mi-

**Mem p. 284.** nori Patrum oppositione agitandæ essent:  
**Sarp. l. 7.** verum novis afficiebantur molestis,  
**p. 568.** dum Cæsarei, ac Galli junctis viribus  
 mandata sua in Synodo proponenda ex-  
 hiberent; Franciæ enim Oratores Se-  
 sionis locum egressi nuntiabant, quod  
 per Tabellarium a suo Rege episo-  
 lam die sexta Septembbris Biturici da-  
 tam receperissent hujus tenoris: „cum

„mihi innotuerint ea, quæ per decreta  
 „Sessionis die decima sexta Julii habitæ  
 „Patres circa communionem sub utra-  
 „que specie a Cæsarlis, aliorumque Ora-  
 „toribus petitam, ac propositam decre-  
 „vissent,

